



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatvs De Conscientia, De Peccatis, De Legibvs, De Fide, Spe,
Et Charitate

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

§. 4. Cum religiosis quinam possunt dispensare in votis,iuramentis, &
pœnis

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](#)

summ. cap. 12. num. 75. Thom. Sanchez lib. 4. summ. cap. 39. num. 9.

² Causa autem, in quibus Archiepiscopus cum suffraganeis subditis dispensare potest, sunt. Primus, si per appellationem ad ipsum causam devoluta sit, eo quod nolit inferior dispensationem concedere, sic communis sententia in cap. de officio legale, & cap. duo, de officio ordinari. Secundus, si inferior remissis sit in concedenda dispensatione, & ob eam causam impetratur Metropolitanus potestas, & iurisdictione, etiam si legitima appellatio non interueniat, & hanc causam sufficiere, ut Archiepiscopo iurisdictione defteratur, videtur docere in glossa cap. Romana, de suplenda negligenti Pratali, & Panormo, in cap. ex frequentibus, de institutione. At hoc sufficiendum non est, nisi causa concedendi dispensationem sit ita necessaria, ut teneatur suffraganeum illam concedere, idque manifestissime contiterit, & potorum sit: unde enim illa necessaria si manifeste vicerit appellationis, alius ad Metropolitanum deferri non potest in iurisdictione. Spic tamen non deficere autores, qui solum ex eo quod inferior renunt dispensationem concedere, causa dispensandi incertitudine, posse Metropolitanum auxilium implorari, rebus misericordia dispensare, vel faciat, ut inferior dispenseat: sic docuit Henriquez lib. 14. de regulari, cap. 18. n. 3. Avila de censur. 7. p. 10. dub. 6. notab. 2. circa primam concil. Sanch. illos referens, & sequens, lib. 4. sum. cap. 38. n. 12. Sed quod diximus tenendum est ut probabilius, scilicet non posse, nisi causa ita necessaria sit, ut male faciat inferior dispensationem degenerans, idque manifestum sit, quia alio modo negligens repudiari non potest inferior, ut loco illius Metropolitanus subrogetur. Tertius causa est, dum Metropolitanus visitat, quia non videtur esse superior. At tunc nonnulli superior ad dispensandum, sed solum ad absolucionem, c. fin. de confis. in 6. Alius potest dimisitores concedere, quod communiter reprobatur, sic tradit Suarez. tom. 5. de censur. dist. 41. sec. 2. n. 12. & sum. de relig. lib. 5. de vot. cap. 10. n. 9. Basil. lib. 8. cap. 5. num. 11. Sanch. n. 14. Quartus causa est respectu Episcoporum, qui ei suffraganei sunt, quoniam comparatione dicuntur superiori: cum his enim potest dispensare, non solum dum visitat, sed etiam ab tempore, sic tenet Henriquez lib. 14. de irregulari, cap. 18. n. 3. Angel. Anton. Paludan. Sayrus relati a Sanchez lib. 4. sum. 38. 16. quam ipse probabiliter reputat, consenserit Aula de censur. p. cap. 7. disp. 1. dub. 10. concil. 3. & p. 7. disp. 10. dub. 6. notab. 2. Alio tempore, scilicet in tempore visitationis. At credo hunc calum a ministrando non esse, siue neque admittit Suarez lib. 6. de vot. cap. 11. n. 1. Basil. lib. 8. cap. 5. n. 10. Tum quia ex iure non confitit haec potestas, tum quia non est necessaria. Nam vel dispensatio concedenda est, in legibus Archiepiscopi, & his non ligantur Episcopi, neque illius suffraganei: & sic pro his nulla est dispensatio necessaria. Vel concedenda est dispensatio in legibus Pontificis, & Concilii generalis, & in his sequuntur omnibus inferioribus est interdicta dispensandi potestas. Quando vero Archiepiscopus cum suis subditis in h. dispensare potest, & potest etiam Episcopus cum suis subditis, & secundum. Ergo nullus casu haec potestas necessaria est. Et idem est de votis, iuramentis, & iuramentis.

§. IV.

Cum religiosis quinam possint dispensare in votis, iuramentis, & poenis.

- 1 De religiosis exemplis procedit dubium.
- 2 Hi religiosi à suis Prelatis, possunt dispensari.
- 3 Ab Episcopo non possunt hi religiosi absque suorum Prelatorum licencia dispensari.
- 4 Si iniuste haec licencia negatur, potest religiosus Episcopum a liro. Secus se iniuste negatur. Et in casu dubio praeferendum est pro superiori.
- 5 Si non potest Prelatus religiosorum adiri, potest tunc Episcopum.
- 6 Limitatus conclusio: nisi religiosus possit adire intra religione superiore alium Prelatum.
- 7 Quando nullus religiosus Prelatus cum religio dispensare potest, potest ipse de licencia sui Prelato Episcopum adire.
- 8 Ex priuilegiis religiosorum omnes possunt de licencia sui Prelati Episcopum adire pro dispensatione obtinenda, tam si inter communem prohibitum sit.
- 9 Religiosi & scularices subiecti Prelatis ordinum militantium, quibus non competit potest absoluendi, & dispensandi in Trident. concessa, possunt de licencia suorum Prelatorum adire Episcopum.

¹ O quinque de religiosis exemplis à iurisdictione Episcopi, quales communiter sunt hodie omnes, nam si aliqui sunt Episcopo subiecti, reputantur ac alii clerici scularices in ordine ad dispensationem, ita ut nihil in hac parte potest Prelatus regularis, quia non gaudet iurisdictione quam Episcopi, que ad hanc dispensationem concedendam reguntur, sic Suarez lib. 6. de vot. cap. 10. n. 14. & 15. Nauarr. Ferd. de Castro Sum. Mor. pars 1.

summ. cap. 12. num. 75. Thom. Sanchez lib. 4. summ. cap. 39. num. 9.

² De religiosis ergo exemplis tenendum est posse ab ipsorum Prelatis dispensari, quatenus est ex parte iurisdictionis; quia eam habent respectu suorum religiosorum sicut Episcopos in clericis, docuit Sanchez n. 3. Nauarr. Suarez, Lessius, & alii plures ab eisdem relati. Quod non solum de superioribus Prelatis, sed etiam de inferioribus, quales sunt conuentuales Prelati, Reatores, vicereatores; dum rectores absunt, respectu suorum subditorum, quia hi iurisdictionem qua Episcopalem habent in subditis; cum haec ramen subordinacione, ut possit corrum iurisdictione à superioribus Prelatis limitari, sic Sanchez lib. 4. summ. cap. 39. num. 5. Quocirca cum religiosus subiectum Prelatu amittit, & eis Prelatu non potest ullam eum illo dispensationem exercere viptate, quae in iurisdictione fundatur. Sic non potest religiosus Prelatus dispensare in votis, poenis, vel aliis inhabilitibus sui religiosi iam Episcopi, quia exemplum est à iurisdictione religiosa. Similiter non potest dispensare cum electo in perpetuum, quia religio illius iurisdictionem abdicavit, & he subditus Episcopo, sicut quilibet alius clericus scularis, Sanchez num. 13. & 14.

³ Difficultas autem est de Episcopo, & Archiepiscopo, an in religiosis exemptos potestatem habant dispensandi, sicut habeunt in scularibus clericis? Et primò tanquam certum tenendum est, ab ipso licencia sui Prelati non posse religiosum ab Episcopo dispensationem ullam impetrare: quia illa exemplo, quam religiosus habet ab Episcopali iurisdictione, non tam est in favorem ipsius religiosi concessa, quia in favorem totius religionis. Nequit ergo pro suo arbitrio sine voluntate: Prelati huic privilegio cedere, & iurisdictione Episcopali se submettere. Adeo haec renuntiationem cedere in non leue detrimentum religiosi status: sed t. enim contraria quieti & tranquillitati, & iubicationi debita religioso Prelato, non ergo est concedenda, sic Sanch. lib. 4. summ. cap. 39. n. 27. Basil. lib. 8. c. 5. n. 3.

⁴ Sed quid si Prelatus regularis nolit, vel non possit subdito dispensationem peccata concedere? potestne tunc religiosus Episcopum adire?

Respondeo primo, si iniuste neget, posse, quia tunc presumitur Pontifex licentiam concedere, & exemptionem tollere, cum enim haec exemplo pro bono religiosis, & religiosi concessa sit, non debet in eorum damnum veri, effet enim non leue damnum tam religioni, tam religioso, si negata iniuste licentia cogeneretur religiosus pro dispensatione, vel absolutione obtinenda cugari & Pontificis adire. Debet autem, ut per episcopiam haec licentia Pontificis presumatur, constare subdito licentiam à Prelato regulari iniuste negari: nam in casu dubio au iusti, vel iniuste neget, posside lex exemptionis in favorem religiosi facta, ac proinde non potest adiri Episcopus, sic Mol. tom. 4. de iustit. disp. 61. num. 5. Thom. Sanchez lib. 4. summ. cap. 39. num. 36. Basil. lib. 8. cap. 5. num. 14.

⁵ Dico secundò, si non potest Prelatus dispensare cum religioso, eo quod excommunicatus deonticius sit, aut defunctus, aut longe absit, neque est alius, qui eius vice gerat (quod tardu potest contingere) tunc potest Episcopum religiosus diligens dispensatione adire ob rationem dictam; quia presumunt Pontifices ob bonum religionis, & religiosi in hac parte exemptionem tollere, sic telato Henr. Antonio. Sylvestris doceat Sanchez num. 35. Basil. num. 15.

⁶ Vtramque conclusionem limitat Sanchez num. 38. cum Mol. sap. à num. 3. Basilio num. 15. vt incl. iug. calu: quo in Prelato superiori non est potestas abolendii, vel dispensandi, nam si haec esset, debet religiosus prius ad illam recurrere, quia ad Episcopum, qui dum intra religionem, medium quartu potest religiosus, non est censendum Pontificem tollere exemptionem tam quia id nocet debito subditorum subordinationi, tam quia fructuaria est calum resseruatio facta superiori Prelato, si religiosus adire posset Episcopum pro ius absolutione, & dispensatione, quies immedietus Prelatus non potest, vel non vult dispensare. Placit mihi haec limitatio adhibita moderatione, quam Basil. apponit, scilicet, nisi necessitas virgat imperandi dispensationem, & superior Prelatus longe absit, & facili adiri non possit, cui moderatione non videatur contradicere, Sanch. & Mol. supr. a.

⁷ Quod si nullus religiosus Prelatus possit subditum absoluere, vel dispensare, probabiliter existimo de licencia sui Prelati posse religiosum adire Episcopum pro absolutione, vel dispensatione obtinenda, quia adire hoc modo Episcopum non obstat priuilegio exemptionis; siquidem presumi potest fieri ex licencia religiosi collibus Prelato communicata. Nesciit etiam obstat bono regimini illius, & debite subditorum obedientia, cum ex licencia superioris sit. Ergo. Adeo presumi posse Pontificem hoc modo priuilegium exemptionis concedere, scilicet nisi alter visum fuerit. Prelatus expedire. Alius in hoc casu deterioris condicione escut religiosi, qualibet scularice, cum non possit à suis Prelatis, neque ab Episcopo absolutionem vel dispensationem impetrare, sicuti possunt scularices, sed debent necessario contra indicatum evagari, & secundum apostolicam adire. Ne ergo hoc inconveniens sequatur.

De dispensatione legis.

dicendum est de licentia sui Prelati posse Episcopum illos absoluere, & dispensare, sic alios referens Aula de censuris, 2. part. cap. 7. disp. 1. art. 6. Henricus 2 lib. 14. de irregulari, cap. 20. num. vlt. & lib. 6. de penitenti, cap. 1. n. 8. & lib. 10. de sacramentis, ordinis, cap. 20. n. 2. Suarez de ponit. disp. 30. sed. 1. n. 3. qui dicit ita est in praxi receptum, & tom. 5. de censuris, disp. 41. sec. 2. n. 12. plures referens Sanchez lib. 4. summ. cap. 39. num. 32. Molina. disp. 61. citata, num. 4. Basilius de Leon num. 16.

8 Aduerto tamen, et si iure communis non possent religiosi ex factum Prelatorum licentia Episcopum adire pro dispensatione obtinenda: at ex priuilegiis a Sede Apostolica concessis recte possunt. Est enim omnibus fidei religiosis hoc priuilegium concessum ut testatur Corduba in compendio priuilegiorum mendicant, in suis addit. verbo ab solituus ordinaria quoad fratres, §. 1. & ex illo tradit Sanchez n. 2. Basilius n. 18.

9 Aduerto secundum cum Basil. de Leon illo cap. 5. n. 21. religiosos, & secularis subiectos prioribus ordinum militarium, quibus non competit per eas absoluendi, & dispensandi subditos in cassibus committi a Trident. Episcopos posse de licentia suorum Prelatorum ad Episcopum securare, pro dispensatione, vel ab solitione obtinenda, quia non debent deterioris conditionis esse alii secularibus. Episcopos autem (inquit Basil.) ex ille, in cuius dicessi commorantur, aut si nullius dicessis sint. Metropolitanus, tamquam ad ordinatum Metropolis, vel nuntius, qui si potestatem habeat Legati a latere, posse etiam & religiosos quolibet absolvere, quia est legitimus exempliorum superior, vt bene dicit Sanchez lib. 4. summ. c. 39. num. 15. Imo existimat posse hos subiectos remitti ad vicarium Episcopum, etiam illius dicessis non sit. Tum quia ista subiectio sit tantummodo Pratici, quod hunc efficiunt. Tam etiam, quia nisi fuerit priuilegium exemptionis, ad illum iure communi illi exempti pertincent.

P V N C T V M VIII.

De Causa requisita ad dispensationem.

D Ispensatio esse potest in legibus propriis, & obligationibus inde confurgentibus, vel in legibus superioris. Item causa requiri potest, ut licite dispensatio concedatur, & ut validè concedatur.

§. I.

Quæ causa requiratur pro dispensatione propriæ legis.

1. Ut valida dispensatio in propriis legibus sit, nulla causa requiritur.
2. Sine causa concedens dispensationem peccat.
3. Probonitus obiectio, & soluitur.
4. Aliquibus placet hoc peccatum mortale esse.
5. Probabilis est esse tantum veniale.
6. Quid dicendum de Principe sine causa dispensante.
7. Viens ne dispensatione sine causa data, an peccet: Placet aliquibus venialiter ad minus peccare.
8. Probabilium credo nullum committere peccatum.

1 Prima regula sit, nullam causam requiri, ut valide legislator in propria legi dispenset: sic tenet innumerous referens Salas disp. 20. sec. 4. num. 37. Sanchez lib. 8. disp. 17. n. 14. Suarez lib. 6. de legibus, cap. 19. num. 6. Basilius lib. 8. cap. 14. n. 7. Couart. 2. p. de matr. exp. 6. §. 9. num. 8. Ratio est, quia voluntate Principis lex constituitur, & ex illa integrè pender eius obligatio. Ergo si Princeps velit ab obligatione excusat aliquos, alii obligati manentibus, excepti erunt ab obligatione, quod non solum verum est in supremo legislatore, sed etiam in quolibet alio inferiore respectu propriorum legum. Nam ratio facta æquè de omnibus probat. & ita docet Sanchez illa disp. 17. num. 27. Salas sec. 1. num. 42. Basilius n. 7. Quocirca Episcopi, & Archiepiscopi de peccato in legibus suis, vel Synodi dicessant causa sine causa valer, etiam si leges iuramento firmata sunt; quia est per iuramentum committit: ut dispensatio, ut pote in re propria, & in propria voluntate tener. Adeo secum posse iuramento dispensare. Deinde est valida dispensatio propriatum legum, esto confirmata sicut à Pontifice, dummodo confirmatio solum sit approbativa, non authoritativa, qua illas leges sibi Ponit proprias facit, ut notat Salas, & Basilius supra.

2 Secunda regula sit. Legislator dispensationem sine iusta causa concedens peccatum committit, sic D. Thomas communiter receptus 1. 2. que. 97. art. 5. Valquez disp. 178. cap. 3. & 4. Sanchez lib. 8. de matr. disp. 18. n. 3. Salas disp. 20. sec. 5. n. 50. Suarez lib. 6. de legibus, cap. 18. n. 4. & alii in numeri ab eisdem relati: neque contrarium, ut probabile defendi potest.

Et probatur ex l. 4. in principe de damno infest. ibi prætorem posse definitum terminum ex causa dare, & ex i. eleganti, in fine. if. de paucis, ibi. Nemo potest commutatum remedium dare exili. nisi Imperator ex aliqua causa ad dem colligitur ex texti, in cap. quod pro remedio. & in cap. necessaria, quæst. 7. & præcipue ex Tid. s. 23. cap. 16 de reformat. & l. 24. cap. 5. loquens de matrimonio impeditis, vel nulla, inquit, dispensatio deitur. vel raro, idque ex causa, & l. 25. c. 14. perit causa ad dispensandum, & cap. 18. dicitur, quod si virgines, iustaque ratio, maiorque quando ex profuturae, cum aliquibus dispensandum esse, id causa cognita; & summa cum maiestate ad quibuscumque ad quos dispensatio pertinet, præstandum est. Et ratio est manifesta, quia si Princeps sine causa ab obligatione legis communis exitim, in qualitatem facit, & aliquo modo viuum acceptio personam commitit, & occasionem alii præber querelas eformandi, cum videant se esse sub onere legis, à qua si sine speciali causa exemptus es: quia omnia sunt contra rationem. Ergo non potest Princeps, qui debet esse fideli, & prudens obligationum dispensator, hanc facere inæqualitatem.

3 Neque obstat, si dicas obligationem pendere ex voluntate legislatoris, qui sicut potuit pro libito illam imponere, ita potest eam abrogare, vel dispensare. Quia nunquam potuit absque causa boni communis legem imponere, neque absque illa, vt multi docent, abrogare, neque cum aliquo dispensare, si causa, quæ fatigat mediatè cedat in bonum commune, non intercedat, quia iure naturæ obligatur bono communis proprie, cui non facit consilere, si pro libito ab obligatione legis aliquos eximere posset. Item neque obstat Deum posse pro sua voluntate à legum obligatione aliquem eximere, vt dicimus etiam legislatore humanum id ipsum posse, quia voluntas diuina est summa regula bonitatis, quæ tamen non est humana. Item legislator humana tenetur tam in legis impositione, quam in illius dispensatione bono communis proprie, quia est dispensator bonorum communium, cui tamen bono Deus non tenetur attendere, sufficit, si bono speciali alicuius proprie, quia est dominus omnium. Neque obstat etiam posse Princepem tributa sibi debita debitori remittere ab ille villa alia causa, præter eum voluntatem, & vt illi benefaciat, vt indferas posse à legi obligatione debitorem remittere, quia in remissione tributi debiti habet se Princeps vt priuata persona: at in exemptione à legi non personam priuata, sed communem induit. Tandem non obstat plures dispensationes in gradibus probabilitatis à Pontifice expostulari, nulla tamen causa assignata, quia licet non assignetur causa, non tamen sine causa conceduntur; pro causa enī concessione succedit copiosior elemosyna à dispensato donata in sumptus publicos, scitur pro causa concedendi priuilegium. Bala succedit elemosyna à quilibet Bulla sumente tributa.

4 Sed inquires, quod peccatum sit dispensationem sine causa concedere? Plures affirmant ex genere suo esse mortale, sic Couart. 4. decret. 2. pari. cap. 6. §. 9. n. 7. Manuel Rodriguez 1. pari. summ. cap. 196. fine, in 2. edit. Suarez lib. 6. de legibus, cap. 18. n. 17. & alii plures, quos tecum Sanchez lib. 8. disp. 18. n. 6. Mouentur præcipue ex Trident. l. 25. cap. 5. de reformat. ubi grauitat prohibet dispensationem sine causa datam: & ratio signatur in dict. l. 25. c. 18. cur dicit, dispensare sine causa nihil aliud esse, quam uniuersum ad leges transgredendas datum aperire. Negari enim non potest inde sumi occasionem minoris obseruare.

5 Ceterum verius credo solum esse peccatum veniale ex genere suo, si scandalus scandalum, & damnum notabile aliorum, sic docet Sanchez plures referens, n. 7. Salas disp. 20. sec. 5. n. 55. Valent. 1. 2. disp. 7. quæst. 5. punct. 9. ad finem. Naun. 2. parv. 1. 2. l. 11. & cap. 1. n. 57. Basilius de Leon lib. 8. cap. 14. n. 4. Ratio est, quia non videtur graui deformitas partem tot non se conformare. Ergo scelus scandalum, & damnum notabile non est graui peccatum sine causa dispensationem concede. Quocirca si ex concessa dispensatione sine causa, fumerint dispensati occasionem graui comprehendit legem: tunc certè tenetur Princeps sub mortali dispensationem tallem negare. Et idem est, si graui damnum Ecclesie, vel subditis ex illa dispensatione proueniere, & sine dubio proueniere, si cum Sacerdotie abique villa causa dispensaretur in celibatu, vel in recitatione continua horarum, vel in pluritate beneficiorum. Et ex his soluitur fundamentum contrarium. Ideo enim Concilium prohibet grauitat dispensationem sine causa, quia ex illa oriuntur imprædicta inconvenientia. Quare in causa, in quo illa sequuntur, erit mortale. Adeo inferioribus præcipue posse, ne dispensationem sine causa concedant, quia hi moralius peccant, ut dicimus, eo quod nulla sit dispensatio.

6 Ex his inferitur Princepem secum sine causa dispensationem in legibus, quas ipse debet ex honestate obseruare, peccare mortaliter, vel venialiter, iuxta diversas sententias nuper relat. Quia iure naturæ teneunt non discordare à subditis sine causa. Quod si dicas, postea secum dispensatione, iam discedit cum causa, obstat, quia hanc dispensationem concedere nisi non potest, & concessam tenetur reuocare. Secundum inferiorum subditum